

PAVLI PRINCIPIS DE
LA SCALA ET HVN, MARCHIONIS
VERONAE, &c. DOMINI CREVTZBURGI, MI-
CELLANEORVM TOMVS SECVNDVS, SIVE CATHOLICI
Epistemonis, contra quondam corruptam ac deprauatam
Encyclopædiam Libri XV.

QVIBVS VNIVERSVS ORBIS, TAM SACRARVM QVAM
*prophanarum disciplinarum, omnisq; omnium Sectarum & Phi-
losophiæ doctrina catholicè declaratur.*

Censuræ ac iudicio multorum Catholicorum & doctissimorum virorum, Maguntia-
ni, Treuirensis, Monasteriensis, Leodiensis, &c. Principum: nec non amplissimæ
ciuitatis Coloniensis, &c. exhibiti, & ab eis lecti, inquisiti, recogni-
ti, & ad Apostolicam limam reducti atque
approbati.

Eiusdem pro Rhomana Ecclesia, aduersus Neopistorum vesaniam,
Oratio: eorundem censura approbata:

Qua olim primus Dux Prussiae, per annos quadraginta turbulentis erroribus intrica-
tus, se planè extricauit: quavè vniuersa Protestantium & Confessionistarum
disciplina validissimè confutatur & prorsus euertitur.

*Accessit etiam Theodori Graminæi in Esaiam & prophetiam sex
dierum Genesios Oratio.*



COLONIAE

Ex officina Theodori Graminæi.
ANNO M. D. LXXI.



COLL. SOC. IESV SALM. EX DONO REGVM

REVERENDISSIMIS

ILLVSTRISSIMIS, ET AMPLISSIMIS,

SACRI RHOMANI IMPERII PRINCIPIBUS,

D. DANIELI ARCHIEPISCOPO MOGVNTINO, ELECTO-

ri, ac Germaniæ Archicancellario: D. Iacobo Archiepiscopo Treui-

rensi, Electori & Galliæ atque regni Arelatensis Archicancellario:

D. Ioanni Episcopo Monasteriensi, & Osnabrugensi, atque Paderbor-

nensi Administratori: D. Gerardo Episcopo Leodiensi, Duci Bullo-

nensi, Marchioni Franckimontensi, Comiti Loffensi, &c. antistiti-

bus ac præsulibus optimis, Dominis suis clementissi-

mis, Paulus princeps de la Scala & Hun, &c.

se suaque studia & officia

supplex commen-

dat.



V Manimaduenterem, Reueren-

dissimi atque Illustrissimi Princi-

pes, silentium & dissimulatio-

nem meam tantas mihi calamita-

tes importasse, ad extremum vo-

bis confessus sum, de vniuersis

meis ærumnis & miserijs, & tam

magnis vulneribus innocentie meę salutaris fuit me-

dicina confessio. Nulla enim interposita mora mihi

opem tulistis, & pro mea innocentia apud Cæsarem

gloriosissimum, Dominum meū clementissimum,

per literas, ea, qua decuit Principes Catholicos, & be-

nignos erga perturbatos & fractos animos, clementia

intercessistis. Quibus intercessionibus haud dubiè

perficietur, vt omnem conceptam de me animi mo-

lestiam

CATALOGVS ET ARGVMENTA LIBRORVM

EPISTEMONIS.

1. Omnium scientiarum, omnisque Philosophiæ, Orphicæ, Pythagoricæ, Platonice, communis, siue Peripateticæ, Medicæ, Iuridicæ & Theologicæ, deinde etiam Symbolicæ vel Hebraicæ, summam & breuem descriptionem complectitur.
2. De mysterijs mysticæ Philosophiæ & varijs inuolucris, ænigmatibus, & velaminibus, Hebræorum, Chaldæorum, Aegyptiorum, Persarum, Arabum, Græcorum, & Latinorum.
3. De anima separata eiusque passione, de rerum Sympathia, & Antipathia, de barbarissimo, & de Ioannis Vueri præstigijs.
4. De Iustitia æterna, seu vera promissione, de ipsamet absoluta idea magna potenti ac terribili: de origine & transmigratiõne Philosophiæ, deque Symbolis & doctrina Pythagoræ.
5. De vera Christi doctrina, Iustificatione, Vocatione, de patriæ huius vero colono, deque ignorantie veræ encomio.
6. De cœtu Antichristi, hoc est effrenata libidine & solitaria, pertinacia hæreticorum atq; hypocritarum, deq; Therapeutarum ritu.
7. De Labyrintho Rhomani Antichristi, id est, Lutheri.
8. De Missa & eius origine atque conditionibus.
9. De triginta duobus articulis Canonis Missæ.
10. De nouem choris Antichristi Rhomani, agminis videlicet Lutheri, omniumque hæreticorum.
11. De origine illustrium, Esseorum ritu; Argonautarum spiritu, Therapeutarum, Gymnosophistarum institutione, & vtriusque nobilitatis initijs, eiusque statu atque regalibus, & contemptu huius seculi.
12. De reuolutione Alphabetaria, seu perfectissima, ad omne genus scientiarum methodo.
13. De Dialectica contemplatiua ad consequendos scientiarum habitus, perquam utilis ac necessaria.
14. Conclusiones in omni scibili mille quingentę quinquaginta tres olim Bononiæ propositæ.
15. Encomium scientiarum.

PAVLI PRINCIPIS DE
LA SCALA ET HVN, MARCHIONIS
VERONAE, &c. DOMINI CREVTZ.

BVRGI, EPISTEMONIS CATHOLICI

Liber Primus.

*Omniū Scientiarum, omnisque Philosophiæ, Orphicæ,
Pythagoricæ, Platonicæ, communis siue Peripateticæ,
Medicæ, Iuridicæ, & Theologicæ: deinde etiam Symbo-
licæ, vel Hebræicæ, summam, & breuē descriptionem
complectitur.*

EPISTEMON.

STVDET ingrata, & importuna gens, mihi
vitam eripere, & meum nomen ex omni ho-
minum memoria funditus delere: at tu Do-
mine Deus & pater cœlestis optime, atq; san-
ctissime, seruum tuum serua, quia in tua mi-
sericordia omnem meam spem & præsidium
locavi: omniaque mea pietatis studia & offi-
cia, tibi consecraui, vt cum in nulla re opus o-
pera mea habeas, reliquum sit, quò illa constet in homines sanctos,
& virtute præcellentes, qui mecum in hac vita misera, fragilique pe-
regrinantur, quos tu iam inde ab omni æternitate, ex infinita morta-
lium multitudine selegisti, quò vitam puram, & castam agentes, in
terris, postea beati æuo sempiterno fruerentur in cœlo. Hos ergo
consilio, doctrina, exemplo, rebus denique omnibus iuuabo, & vi-
am tutissimam, rectissimamque muniam, quæ illos perducatur ad vi-
tam beatam & immortalem, atque hæc mea beneficia, & studia tibi
perinde grata, & iucunda erunt, quasi tuo numini tributa forent.
Hinc est, quod nondum quum excelsissem annum ætatis meæ vige-
simum, Encyclopædiam siue orbem disciplinarum tam sacrarum
quam prophanarum, scripserim, quæ tandem typis Ioannis Opori-
ni in lucem prodijt: sed malitia serui nequæ amanuensis mei, multis

A

erro-